Quid est rethorica. bene dicendi scientia. quid est
orator. vir bonus dicendi peritus, quod est oratoris
officium. bene dicere in civilib: quaestionib: Quis fi
nis. persuadere. quatenus rerum et personarum conditio
patiatur. In civilibus questionibus., Quae sunt civi
les quaestiones. quae in comunem. animi conceptio
nem possunt cadere., Id est quas unusquisq: potest
intellegere aut cum quaeritur de aequo et bono.,
✝ Genera civilium. questionum quot sunt tria., quae
demonstrativum. deliberativum iudiciale .,
Quod est demonstrativum. genus cum aliquid de
monstramus in quo est laus et vituperatio., Quod
est deliberativum in quo est suasio et dissuasio., quod
est iudiciale in quo est accusatio et defensio vel
praemii petitio et negatio., ✝ Partes orato
ris offici quot sunt. quinque. Quae. Inventio
dispositio elocutio memoria pronuntiatio.,
Inventio est. excogitatio rerum. verarum. aut veri
similium. quae causam probabilem reddunt.,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1719/0110